Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Terra ...

poly

Neapolis



Neapolis urbs vetusta atque preclara Campanie: olim parthenope dicta / Cuius originem Titus livius in octavo refert in cumanis his verbis Palepolis fuit haud procul, ubi nunc Neapolis est. duabus urbibus idem populus habitabat Cumis erant oriundi, palepolimque quam tenerent greci dicit livius a publio philone consule captam fuisse / et infra Iam publius inter palepolim neapolimque loco opportune capto diremerat hostibus societatem auxilii mutui / Quidam tamen scribunt eam regiam civitatem a dyomede rege in litoribus maris conditam fuisse / Que postquam romanis se subiecerat: eisdem aliisque principibus et dominis fidem semper servavit / livius quoque dicit Neapolim auxilio nolanorum romanis deditam fuisse / Post vero fuit semper postea Neapolitanorum erga romanos et alios dominos constantissima fide / Nam cum romana respublica cannensi clade consternata esset, ad hieronem regem cum hyeme impediente consisteret bellum Neapolitani legati Romam venerunt ab hiis quadraginta pathere auree magni ponderis in curiam delate / quas quidem senatus contra morem suum accepit, et neapolitanis gratias egit / Cumque hanibal Neapolim summopere potiri quesierit: Neapolitani in romanorum partibus persisterunt / floruit autem semper postmodum neapolitana urbs romana republica sub consulibus et pariter sub principibus integra Adeo ut apud eam graviores viri animorum a curis relaxamenta quererent / Et dixit lactantius ... / Suetonius de Nerone refert eum exercitium Neapoli, quod in ea primum artem musicam protulerat, albis equis introisse disiecta parte muri / Sed et viros eadem litteris celebratos, Virgilium dicit, Titum livium aliquando et horatium Neapoli moratos fuisse / Et Servius asserit Virgilium scripsisse Georgica Neapoli quam parthenopem appellant: franciscus quoque petrarcha prestantis vir ingenio a Roberto rege Neapolitano gallicana oriundo progenie rogatus Neapolim bis se contulit / Sed a trecentis annis citra, regia dignitate insignita / habet nunc neapolitana basilicas / menia et arces et publicas et privatas edes superbas / et ceteris italie maioribus comparandas / In quis plurimum virginis clare monasterium, quod a sancia Aragonie regina Roberti regis incliti uxore edificatum / facile omnia italie monasteria antecellit / Eique proximum esse videtur sancti Martini extra urbis menia Cartusiense cenobium edificii magnificentia pulcherrimum / Constat tamen arcem unam, Castellum novum appellatum, mari imminente Alphonsi regis laude et memoria dignum opus / Ceteris que in Italia nunc extant veteribus et novis operibus monumentis et structuris preferendum esse / Si turrium eius murorumque altitudinem et crassitudinem et pulchritudinem, sive aularum cubiculorumque et singularum eius partium amplitudinem et ornamenta perquisiveris eiusmodi certo existimet / Vesevus quoque mons campanie, ab omni alio monte solutus, Neapoli ad quatuor milia passuum proximus: vineis / olivetis et quibusque fructiferis arboribus refertus / et preterea vini ubertate admirabilis, quod iam grecum vocant / Eructavit quoque cineres et incendia in formam pumicearum arenarum / ita ut ex illis campi usque ad arborum cacumina intumuerint. Et temporibus Traiani Imperatoris plinius secundus ex Misenensi classe cui preerat ad inspiciendum hoc spectaculum propius accederet ab incendio absorptus est /

livius in octavo

impz

Romanis

quesierit

cum

qua

forma

int